Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& requiem. & gaudium. super bona uero iustis reposita. gaude & exul
ta. & letare: & his quidem frui festina. De Consilio. xlviii.

De hac nos consilii virtute Salomon am
monet dicens. Audi fili consilium. & suscipe disciplinam.
ut sis sapiens in nouissimis tuis. fili. sine consilio nichil facias. &
post factum non penitebis. Astutus enim omnia agit cum consilio. &
qui agunt cuncta cum consilio. reguntur sapientia. Nam dissipantur
cogitationes. ubi non est consilium. ubi uero sunt plures consiliarii. con
firmantur. Vngento & uariis odoribus delectatur cor. & bonis amici
consiliis anima dulcoratur. Cum dispositione initur bellum. & erit
salus ubi multa consilia sunt. Scientia sapientis. tamquam inundatio
habundabit. & consilium illius sicut fons uitę permanet. Magna eterni
res est consilium. & monachis pernecessarium. Hanc igitur consilii uir
tutem dilexerunt omnes in terra. qui ad celestem uoluerunt conscende
re patriam. Per hanc uirtutem consilii. martyres ut eternam a domi
no reciperent uitam. morti mortalia sua tradiderunt corpora. Per
hanc uirtutem consilii. uirgines & confessores in seruitio domini usque
in finem perseuerauerunt. Graue autem consilium cordis. omnem in
constantiam uagationis expellit. Sunt animę. quę leui motu. nunc is
ta. nunc illa desiderent. Omnipotens ergo deus. quia leues ipsas fluctu
ationes mentium non leuiter pensat. uagationem cordis relinquendo
diiudicat. s; per gratiam respicit. uagam mentem consilii stabilitate
figit. Cum deus omp̄s leues motus hominis misericorditer dignatur
aspicere. hunc protinus ad constantię maturitatē format. atq; supne
gratię respectu eius cor ad grauitatem consilii repente perducit. In
omni opere quod cogitas facere: primum cogita deum. & si secundū
deum est quod cogitas. diligenter examina. Et si rectum est coram
domino perfice illud. si uero peruersum fuerit. amputa illud ab
anima tua. Et nos fratres omnia ergo quę agimus cum consilio agam⁹.
quia scriptum est. Ante omnia opera uerbum uerax precedat te.
& ante omnem actum consilium stabile. & in his omnibus depre
care altissimum. ut dirigat in ueritate tuam uiam. Si enim do
minus magnus uoluerit. spū intelligentię replebit te. & quasi um
bres mittet tibi eloquia sapientię. & aperiet in oratione os tuum.
& diriget consilium tuum in bono. & usque in seculum non delebi
tur memoria tua. Venit in initio conuersionis suę abbas euagrius